



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-/berstattensis, De Varietate//  
librorum, siue de Amore cœlestis// patriæ libri. III. ...**

**Haimo <Halberstadensis>**

**Coloniae, 1531**

**VD16 H 231**

XXXIII Quod in illa aeterna damnatione, mors sit sine morte, & mori velle,  
& non posse.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29814**

## LIBER TERTIVS.

quæ purāt in eis terribilius esse dicta q̄ verius. Num enim obliuiscetur (inquiūt) misereri deus: aut continebit in ira sua misericordias suas: Hoc quidē in sancto legitur psalmo. Sed de his sine ullo scrupulo intelligitur, qui vasa misericordiæ nuncupātur. Quia & ipsi non pro meritis suis, sed deo miserante de miseria liberantur. Aut si hoc ad omnes existimant pertinere, non ideo necesse est ut damnationē opinent posse finiri eorū, de quibus dictū est: Sic ibunt isti in suppliciū ēternū: nisi & isto modo putetur quādōq̄ habitura finem felicitas, cum subiungatur: Iusti autē in vita ēternam.

Quō iūstū sit vt culpa, quæ cū fine ppetrata est, sine fine puniatur. Cap. XXXII.

**H**oc recte diceretur, si district⁹ iudex non cor- Grego.  
da hominū sed facta pensaret. Iniqui em̄ ideo cum fine deliquerunt, quia cum fine vixerūt. Nam voluissent vtiq̄ si potuissent sine fine viuere, vt potuissent sine fine peccare. Ostendunt enim q̄a in peccato semper viuere cupiunt, qui nunq̄ desinūt peccare dum viuunt. Ad magnam ergo iustitiam iudicantis pertinet, vt nūquam careant supplicio, qui in hac vita nunq̄ voluerūt carere peccato.

Quod in illa ēterna dānatione mors sit sine morte, t̄ mori velle t̄ non posse.

Caput XXXIII.

**S**Vplitia namque ēterna in se diuersos, & ultra vires cruciant, & cīs vitæ subsidium extinguen- Greg.  
tes seruāt, vt sic vitam terminus puniat quatīn⁹

HAY. DE VARIET. LIB.

semper termino cruciatus per tormenta proferat, & sine fine definiens duret. Fit ergo miseris mors sine morte, finis sine fine, defectus sine defectu, quia & mors viuit, & finis semper incipit, & deficere defectus nescit. De hoc inter cetera conspicuus doctor Augustinus ait: Nihil est peius in morte, quam esse in morte sine morte, & mori velle & mori non posse.

Quomodo anima immortalis sit, dum constat quod in perpetuo igne moriatur.

Caput XXXIII.

Greg. **S**icut duobus modis vita dicitur, ita duobus modis etiam anima debet intelligi. Aliud est namque quod in deo vivimus, aliud vero quod in hoc corpore conditi vel creati sumus, id est, aliud est beatitudine vivere, aliud essentialiter. Anima itaque & mortal is esse intel ligitur, & immortalis. Mortalis, quippe, quia beatitudinem vivere amittit, immortalis autem, quia essentialiter vivere non quā definit, & naturę suę vitā perdere non valet, nec cum in perpetua fuerit morte damnata. Illic enim posita beatitudine perdet, & esse non perdet. Ex qua re semper cogitur, ut & mortem sine morte, & defectum sine defectu, & finē sine fine patiatur, quatinus ei & mors immortalis sit, & defectus indeficiens, & finis infinitus.

Quod animae iniquorum mortes ut de corpore excent, ad infernum descendat. Ca. XXXV

**S**i esse sanctorum animas in celo arrestatione sacrificio loquimur credimus, oportet ut & iniquorum animas in inferno per omnia esse credamus. Quia